

tens, per hujusmodi Ecclesiae universae generale patrociniū non effici, quominus iidem sint quamplurium per Orbem Ecclesiarum Patroni simul peculiāres, sive, ut ajunt, principales et hoc nomine in earum calendariis inscribantur, ratus est, non decere, ut quae ipsorum patrociniū Roma praeter caeteris laetatur, eos, ubi maxime oportet, sacris videlicet in fastis, Patronos non appellet.

Qua de re Sanctitas Sua, ut imposterum debita honoris et obsequii ratio servetur in recolenda memoria principum apostolorum, quorum praesenti ope ac tutela Christiana Respublica, undique procellis acta ac gravioribus in diem aerumnis confecta, tandem erigatur, mandat ac praecipit, memoratos apostolorum principes ss. Petrum et Paulum posthac Romano quoque calendario sive ordini divini officii pro degentis in Urbe cleri directione quotannis imprimendo similiter inscribi, titulo scilicet principium Urbis Patronorum non omisso.

Praeterea eadem Sanctitas Sua inhaerens decretis alias editis a S. R. C. et a praedecessoribus suis Romanis Pontificibus approbatis declarat, quod commemorationi, quae in unaquaque civitate et dioecesi, ex laudabili consuetudine et rubricarum dispositione, fit sanctorum suorum principalium inter suffragia sanctorum post laudes et vespas in divinis officiis, quando commemorationes sive suffragia sanctorum recitantur, tum Romae tum alibi, ubicumque sancti apostoli Petrus et Paulus uti Patroni principales coluntur, satisfactum censeatur per eam commemorationem ordinariam seu communem, quae fit eorundem in universa Ecclesia post commemorationem Beatissimae Virginis Mariae. Atque ita Sanctitas Sua mandat, decernit et declarat.

Hac die 16. Octobris 1743.

Fr. J. A. Card. Guadagni Pro-Praefectus.

(Bull. Bened. XIV. t. II. Append. ad t. I. et II. p. XXIX.)

### 7) Translatio.

Festum ss. ap. P. et P. occurrens cum festo ss. Cordis Jesu, vd.: *Festum ss. Cordis Jesu* (transl. decr. n. 4579 ad 1); *Fest. ss. Cord. Jesu* (festum privil. decr. n. 4579 ad 5). Occurrens cum festo dedicat., vd.: *Dedicatio Eccles.* (transl. decr. n. 4258; 4155; 5155). Excluditne alia festa festum ss. apost.? vd.: *S. J. Bapt.* (transl. decr. de die 11. Maii 1743); *Occurrens cum festo s. J. Bapt.*, vd.: *S. J. Bapt.* (transl. decr. de die 11. Decb. 1844.)

### 8) Veneratio et nominatio in Canone in primis saeculis.

Vd.: *SS. Trinitas* (fest. privil. decr. n. 4680 nota ad finem.).

### 9) Vesperae.

Vd.: *Dedicatio Eccles.* (Vesp. etc. decr. n. 4157); *Vesp. dim.* (decr. n. 4594, V., VI.)

Magistro caeremoniarum Basilicae Vaticanae S. R. C. pro declaratione infrascripti dubii humiliter supplicante, videlicet:

An primae et secundae vesperae diei octavae ss. apost. Petri et Pauli integrae recitari debeant, etiamsi in illis occurrat festum alicujus sancti aequalis ritus?

Item, nomine etiam totius capituli ejusdem Basilicae pro gratia, ut tota octava eorundem ss. apostolorum sit privilegiata, adeo ut nequeat in ea fieri officium alicujus sancti ritus semiduplicis aut etiam duplicis translati?

S. autem C. respondit:

„Servetur rubrica de concurrentia officii n. 7.“; ad aliam vero instantiam: „Nihil innovetur et serventur rubricae.“

Et ita decrevit. n. 3916.

Die 10. Sept. 1718.

## S. PETRUS.

### a) Apostolus.

#### 1) Cognomia ejus.

*Joannes XIX. PP. Jordano Ep. et cunctis Episcopis Galliae.*

Petrum, cui claves coelorum commissae sunt, *confessorem* dicimus, quia Christum confessus est, dicens: Tu es Christus filius Dei vivi; et *apostolum* dicimus, quia ab ipso Domino ad praedicationem est missus; *martyrem* nominamus, quia praedicando Christum martyrio vitam finivit; *principem* apostolorum credimus, quia apostolos constituit, sicut est Marcus baptisate filius et Matthias sorte electus, Lucas discipulus apostoli Pauli et Barnabas et quamplures.

Anno 1032.

(Bull. r. t. I. p. 546. Ed. Aug. Taur. 1837.)

#### 2) Festum Cathedralae Romae.

*Paulus PP. IV.*

Ineffabilis divinae providentiae altitudo voluit, ut B. Petrus apostolorum princeps, postquam Antiochia aliquamdiu resederat, Romam veniens Cathedralam in ea constitueret episcopalem eamque viginti quinque annis regeret et demum et cum eo gloriosus coapostolus suus Paulus romanam Ecclesiam plantarent et suo sanguine consecrarent, ut, ubi caput superstitionis erat, illic magistra fieret veritatis essetque ibi civitas sacerdotalis et regia et per s. b. Petri Cathedralam ipsa Urbs caput Orbis effecta latius praesideret religione divina, quam antea praesidisset dominatione terrena. Verum licet Urbs ipsa multo plus debeat eidem Petro, qui eam per Cathedralam episcopalem in ea constitutam regnis coelestibus inserendam condidit, quam illis, quorum studio prima moenia suo-

rum fundamenta jacta fuerunt, ex quibus is, qui illi nomen dedit, fraterna eam caede foedavit, festivitatem tamen ipsius Cathedralae, quae juxta antiquissimorum ss. patrum testimonium quintodecimo cal. Februarii fuit et in diversis Orbis christiani et praesertim Galliae et Hispaniae partibus dicta die sol. celebratur, minime observat celebretque solum festivitatem Cathedralae Antiochia, quae octavo cal. Martii juxta eorundem PP. testimonium fuit, tamquam idem Salvator noster festivitatem Cathedralae Romae nostris temporibus celebrandam seu potius antiquae celebritati restituendam reservaverit.

Quamobrem justum est etiam et conveniens, ut festivitatem Cathedralae Romae eo solemnius et magis pie celebremus, quo magis Urbs ipsa illi tenetur et debet, non dedignantem etiam inferiores Ecclesias in hoc imitari, festivitatem Cath. Romae eadem die quintodecimo cal. Febr. non solum in hac alma Urbe verum etiam in universis Orbis Ecclesiis, etiam in quibus illa ad praesens celebratur, sub dup. off. annis singulis perpetuis futuris temporibus sol. celebrari volumus, statuimus et mandamus.

Festivitate alterius Cathedralae, quae octavo calend. Martii celebratur, nihil propter hoc detrahendo, sed illam juxta laudabilem hactenus superinde observatam consuetudinem celebrari debere decernendo.

Datum Romae 6. Jan. 1558.

Vd.: *Cathed. s. Petri ap. Antioch.*

#### 3) Fest. ad Vincula.

Cf.: *Dedicatio Ecclesiae* (Vesp.); *Commemoratio ss. ap. Petri et Pauli.*

Festum s. Petri ad Vincula 1. Aug. in regnis Hispaniae transfertur ad diem 2. Aug. propter octavam s. Jacobi ap. Si talis dies 2. Aug. est Dominica, transferendum est Officium s. Petri ad

S. C. resp.: Officium s. Marci. n. 3748 die 17. Julii 1706. \*)

Cf.: *Translatio* festorum ss. Apost. et Evang., decr. n. 2380.

Occurrentibus anno proxime venturo 1704 die prima mensis Maii die festo Ascensionis D. N. J. Christi et altero ss. apost. Philippi et Jacobi dubitatum fuit super Missa celebranda in Ecclesiis, in quibus dies festus praedictorum ss. Apostolorum ad tempus non paschale transferri contingat.

Et S. R. C., re matura discussa, censuit: „Celebrandam esse, prout jacet in Missali, demptis tamen in omnibus partibus ejusdem Missae, Alleluja, ratione temporis paschalis in eadem appositis.“

Et ita declaravit et servari mandavit. n. 3657 die 23. Junii 1703.

*Festum ss. Apost. occurrens cum festo ss. Redempt. et Patrocinio s. Joseph;* vd.: *SS. Redempt.* (transl. decr. n. 4859).

Ab antiquo tempore celebratur Dedicatio Cathedr. die 1. Maii et festum ss. apost. Phil. et Jacobi fuit fixatum die 5. Maii. Nunc propter festum s. Pii V. quaeritur: utrum transferendum denuo esset festum ss. Apostolorum in diem undecimam Maii?

S. C. resp.: De Officio ss. Apostolorum fieri debet die 5. ipsis jam pridem assignata in occursu dominicae, et de altero, de s. Pio V., die undecima tamquam propria.

Die 9. Jun. 1742. *In Verulan.*

Quo die recitari debeat Officium ss. Phil. et Jacobi, ex quo cadit in diem Ascensionis Dom. ? S. C. resp.: recitari debere prout disponitur in rubrica de translatione festorum titulo decimo. n. 1040 die 12. Apr. 1636.

\*) Bull. r. t. VIII. n. 434.

In Metropol. Montis Regalis habetur una ex spinis s. Coronae D. N., de qua quotannis prima dominica Maii recitatur Officium cum Missa, a Clemente VIII. sub ritu dupl. approbatum eidemque dominicae assignatum, cum process. sol. per civitatem. Quando vero aliquando in eadem prima dominica Maii occurrat festum ss. apost. Phil. et Jacobi sub ritu dupl. 2. cl., transferendum est Officium. s. Spinae. n. 2509 ad 1 die 9. Aug. 1670.

In Funchalensi dioecesi insulae Maderae die prima Maii fit Officium separatim de s. Jacobo maj., ejusdem civitatis Patrono, et festum s. Philippi transfertur.

S. C. resp.: Festum autem s. Philippi non esse celebrandum die 4. Maii, in qua recitandum est Officium s. Monicae, sed transferendum ad primam diem non impeditam. In occurrentia autem translationis cum s. Marco Ev. servandas esse rubricas Breviarii rom. de transl. festorum n. 7. n. 3096 die 24. Novbr. 1685.

#### 5) Vesperae.

Occurrente festo Patrocinii s. Josephi 2. cl. cum festo ss. ap. Philippi et Jacobi vespere integras deberi s. Apostolis et Evangelistis. n. 4491 ad 7 die 12. Martii 1804.

#### 6) Vigiliae.

Vd.: *Vigilia jejunanda.*

### S. PHILIPPUS NERIUS.

#### a) Festum.

Ad preces Cleri, communitatum et hominum terrarum et villarum resp. Roccae s. Joannis in Venere, Fossae Caecae, s. Eusonii Theatinae et Capraiae Pennen. dioecesium electionem s. Philippi N. in patronum principalem

S. R. C. approbavit et confirmavit et quoad festum ejusdem ex devotione non autem ex praecepto servari posse censuit. n. 3465 die 15. Martii 1698.

*De ritu ejus festi* vd.: *SS. Trinitas* (vesp., decr. n. 4604 nota). *De ejus Canonisatione* vd.: Bullam Urbani VIII. die 6. Aug. 1623. (Bull. rom. t. IV. p. 6.)

#### Pius PP. VI.

Desiderium, quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, animo Nos decet libenti petentium desideriis congruum suffragium concedere, ut videlicet fidelis devotio celerem sortiatur effectum et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Sane pro parte charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici Nobis nuper expositum fuit, quod alias nempe die 6. Februarii 1778 Nos ejusdem regis catholici supplicationibus inclinati ob maximam vigentem devotionem in civitate et dioecesi Mexicana erga s. Philippum Nerium Congregationis Oratorii fundatorem diem festum ejusdem ad ritum dupl. 2. class. sine octava quoad clerum dictae civitatis de consilio VV. FF. Nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris praepositorum elevavimus, prout ex decreto tenoris, qui sequitur, videlicet:

#### Mexicana.

Cum in civitate et dioecesi Mexicana maxima vigeat devotio erga s. Philippum Nerium Congregationis Oratorii fundatorem, Joseph Nicolaus de Azara nomine catholicae majestatis regis Hispaniarum SSmo Domino Nostro Pio Papae VI. enixas porrexit preces pro extensione ad clerum dictae civitatis et dioecesis Mexicanae Officii proprii et Missae praedicti Sancti sub ritu dupl. 1. cl. cum octava, prout die

Decreta authentica. Tom II.

4. Septembris 1745 adprobatum fuit pro Congregationibus Oratorii ejusdem s. Philippi Nerii regni Portugaliae et Algarbiorum, et Sanctitas Sua ad relationem r. p. Dominici de s. Petro fidei promotoris ex speciali gratia, nunquam in exemplum trahenda, benigne annuit pro elevatione ritus festi s. Philippi Nerii *ad duplicem 2. cl. sine octava quoad clerum saeculare tantum civitatis et dioecesis Mexicanae*: contrariis quibuscumque non obstantibus.

Die 6. Febr. 1778.

A. Card. Marefusus praefectus.  
(Sigillum.)

Cum autem, sicut eadem expositio subungebat, memoratus rex catholicus decretum hujusmodi, quo firmiter subsistat et servetur exactius, apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio per literas in simili forma Brevis communiri summopere desideret, Nos piis ejusdem regis catholici votis annuere volentes supplicationibus quoque super hoc humiliter porrectis inclinati, praeinsertum decretum auctoritate Nostra apostolica tenore praesentium confirmamus et approbamus eique apostolicae firmitatis robor adjicimus ac omnes et singulos juris et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Datum Romae die 18. Sept. 1779.

(Bull. r. Continuatio t. VI. p. 143.)

#### Pius PP. VI.

Ad hoc in apostolicae Sedis cathedra disponente Domino constituti esse intelligimus, ut justis postulationibus liberiori animo praebeamus assensum et quos devotiores ad Nostrum obsequium et S. Rom. Ecclesiae gremio specialius adhaerere cognoscimus, familiarius curemus. Alias siquidem nempe die 6. Febr. 1778 supplicatio-

nibus charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici inclinati diem festum s. Philippi Nerii quoad clerum saecularem civitatis et dioecesis Mexicanae ad ritum dupl. 2. class. sine octava elevavimus. Cum autem pro parte memorati Caroli regis catholici nuper nobis expositum fuerit, ut Officium proprium ac Missam ejusdem s. Philippi alias Patribus Congregationis Oratorii in regnis sibi subjectis die 25. Febr. 1758 concessam ad eundem clerum saecularem civitatis et dioecesis Mexicanae extendatur, plurimum desiderare, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur piis ejusdem Caroli regis catholici votis annuere cupientes supplicationibus hujusmodi inclinati, de VV. FF. Nostrorum S. Rom. Ecclesiae Cardinalium sacris ritibus praepositorum consilio, ut in die festo tantum dicti s. Philippi Nerii Officium et Missam propriam alias, ut praefertur, Patribus Congregationis Oratorii regnorum Hispaniarum concessam in perpetuum recitari ac respective celebrari libere ac licite possint et valeant, auctoritate Nostra apostolica harum serie concedimus et impertimur.

Datum Romae die 18. Sept. 1779.  
(Bull. r. Contin. t. VI. p. 144.)

#### b) Praefatio.

##### Pius PP. VI.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Presbyteri saeculares Congregationis Oratorii s. Philippi Nerii civitatis Limanae nomine etiam aliarum Congregationum regni Peruvianum, quod ipsi ad promovendum in eundem s. Philippum Neri suum institutorem cultum ac venerationem, ut in Missa

ejusdem s. Philippi pro festo et ejus octava nec non in quibusvis Missis votivis ipsius Sancti, quae celebrari solent intra et extra praefatas Congregationes, praefatio propria recitari possit tenoris qui sequitur: „Vere dignum et justum est, aequum et salutare, Nos tibi semper et ubique gratias agere, Domine S. Pater omnipotens aeternae Deus, qui beatum Philippum gratiae tuae muneribus repletum amoris igne aestuare fecisti. Qua ineffabili charitate inflammatus novam ad animarum lucrum Congregationem instituit et, quae aliis dedit salutis monita, operum exhibitione complevit. Quaesumus ergo clementiam tuam, ut illius Nos festivitate laetifices, exemplo piae conversationis exerceas, verbo praedicationis erudias grataque tibi supplicatione tue- ris, et ideo cum angelis etc.“, per Nos sibi concedi summopere desiderant, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur praedecessorum Nostrorum exempla, qui indulta hujusmodi ordinibus regularibus pro suis fundatoribus concesserunt, sectantes eosdemque exponentes specialibus gratiis et favoribus supplicationibus hujusmodi inclinati eisdem exponentibus caeterisque Congregationibus Oratorii hujusmodi intra regnum Peruvianum consistentibus, ut in omnibus Missis die festo ejusdem s. Philippi Nerii fundatoris ac per ejus octavam et in Missis quoque votivis in ipsius honorem in qualibet tantum Ecclesia Congregationum Oratorii hujusmodi celebrandis praeinserta praefatio libere ac licite recitari possit, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus et indulgemus.

Datum Romae die 11. Sept. 1798.  
(Bull. r. Contin. t. X. p. 158.)

## PILEOLUM.

### 1) Abbatis.

Prior, usum pontifical. habens, biretto parvo *nigri* et non alterius coloris omnino uti debeat. n. 291 die 28. Jan. 1606.

Abbatibus sub mitra utantur parvo biretto nigro et non alterius coloris. n. 531 die 18. Mart. 1617.

### 2) Assistantis Episcopo.

Vd.: *Pileolum Canonico-rum assist.* (decr. n. 3302).

### 3) Canonico-r. assist. Episcopo.

Vd.: *Pileolum Ministr.*

*Ad dubium 1.*: Quatenus declaratur Episcopum posse cum pileolo assistere, an idem pileolum retinere pariter possint Canonici in choro et solio assistentes, dum descendunt ad circulum ad *Gloria, Credo, Sanctus* et *Agnus Dei*?

2. An Canonici, utcumque Episcopo ministrantes in s. functionibus, debeant semper id praestare capite detecto et absque pileolo?

3. An iidem Canonici Episcopo ministrantes, dum Sacrum peragit, saltem possint retinere pileolum usque ad consecrationem, illudque resumere sump-tione peracta?

Et S. eadem C. . . . respondendum censuit

Ad 1.: „Negative in omnibus expressis circumstantiis.“

Ad 2.: „Semper sine pileolo.“

Ad 3.: „In s. functionibus numquam pileolo uti posse.“

Atque ita rescipit servandumque mandavit. n. 5017 ad 4 — 6.

Die 14. Junii 1845.

Canonici Cathedr. non possunt uti pileolo, dum in circulo recitant cum Episcopo *Gloria, Credo, Sanctus*, ne-

que Canonici assistentes, stante Episcopo legente *Introitum, Epistola, Evang.* et *Postcommunio*, neque Porrigens aspersorium Episcopo in ingressu Ecclesiae nec dum aspergit caeteros Canonicos. n. 2925 ad 1 — 4 die 31. Aug. 1680; n. 3381 die 18. Febr. 1696; n. 3516 ad 7 die 4. Apr. 1699; n. 4287 die 17. Maii 1760.

Non licere Priori, Praeposito et Canonicis Missarum et Vesperarum Divinis intervenientibus uti pileolo inthurificando SSimum ipsumque Episcopum, in petenda ab ipso consensu benedictione, in assistentia in circulis ac reverentiis, in ostendendis deferendisque reliquiis. n. 1602 ad 1 die 23. Jan. 1649.

*Presbyter* (quicumque ille sit) *assistens Episcopo* tenere non potest in capite pileolum, cum eidem porrigit incensum vel quando ipsum incensat, vel ipsi assistat ad Missale sive in altari sive in throno, nec *porrigens* aspersorium Episcopo Ecclesiam ingrediendi idem potest deferre sicuti etiam caeteri, qui aqua pariter asperguntur ab Episcopo. n. 3302 ad 1 et 2 die 10. Jan. 1693.

Canonici assistentes quodocumque Episcopo ad sedem pontificalem, item assistentes quodocumque Episcopo inservientes in functionibus pontificalibus quibuscumque, etiam quando assistit cum sola cappa magna, pileolum in capite tenere possunt, *dummodo non ministrent*. n. 3302 ad 3 et 4 die 10. Jan. 1693; n. 3516 ad 7 die 4. Apr. 1699.

*Ad dubium*: An pileolo uti possint Canonici assistentes Episcopo in functionibus ecclesiasticis tam in altari quam in Cathedra Episcopali?

Et Emi P. S. eidem C. praepositi respondendum censuerunt, ut infra, videlicet:

aliam diem non impeditam Officio novem Lectionum. n. 2859 ad 3 die 12. Martii 1678; n. 2223 ad 6 et 2224 die 16. Junii 1663.

Si festum s. Petri ad Vincula apud Hispanos ex auctoritate apost. *fixum* est diei sequenti 2. Aug., Officium erit de festo, etiamsi dies 2. Aug. esset Dominica, cum commem. tamen et 9. Lectione homiliae Dominicae, ac etiam festi simplicis currentis: sin autem nullum sit privilegium et festum praedictum *non sit fixum* auctoritate apost. ad dictam diem 2. Aug., eo anno, quo cadit in Dominica, Officium festi erit ultro transferendum ad primam diem non impeditam Officio 9 Lectionum et dandus locus Dominicae, de qua fieri debet Officium cum commem. et 9. Lect. festi simplicis ea die occurrentis.

#### b) Alcantara.

In omnibus conventibus Ord. Minor. s. Francisci Provinciae Arrabidensis in Lusitania, exceptis Coenobiis, quorum titulus est s. Petri Alcantar., recitatur de eodem s. Petro sub ritu 2. class. Idem s. Petrus fuit coadjutor foundationis Provinciae, in illa vixit per multos annos, fuitque Praesul, idcirco postulatur, ut imposterum recitetur pro tota Provincia de eodem s. Petro sub ritu 1. cl. cum octava.

S. C. resp.: Negative. n. 4427 ad 3 die 10. Martii 1787.

#### URBIS ET ORBIS.

S. R. C. precibus porrectis supplicibus elevationem ritus Officii s. Petri de Alcantara a semidupl. ad dupl. de praecepto pro Ecclesia univers. posse concedi censuit, si SS. D. N. visum fuerit. Et S. S. benigne annuit. Die 20. Apr. 1701.

(Bull. r. t. VIII. p. 431.)

*Bullam de ejus Canonisatione a Clem. X. 5. Maii 1670 promulg. vd.: Bull. mag. rom. tom. VI. p. 288 (ed. Luxenb. 1727).*

#### c) De Arbues.

Vd.: *Off. particul.* (decr. n. 3521).

#### d) Chrysologus.

##### I. Cognomen.

De ejus cognomine: *Chrysologus*, vd.: *Cognomina Sanctor.* (dicenda, decr. n. 4610.)

##### II. Missa.

Vd.: *Commemor. ss. apost. omnium* (decr. n. 4904).

##### III. Officium.

*Ad dubium* PP. Benedict. Einsidl.: an in festo s. P. Chrysol. pro 4. ps. dicendus sit: *Laudate pueri etc.* vel: *Laudate Domin. omnes gentes?*

S. C. resp.: *Laudate pueri etc.* n. 4044 ad titul. XXIII. dub. 1. die 5. Maii 1736.

##### IV. Translatio.

Utrum transfer. die 4. Decbr.? vd.: *S. Barbara* (decr. n. 4043).

#### e) Coelestinus.

De ejus cognomine, vd.: *Cognomina SS.* (dicenda, decr. n. 4985).

#### f) Damianus.

##### DECRETUM URBIS ET ORBIS.

Gliscentibus undequaque erroribus et ab Ecclesiae instituto alienis, Saeculo X., doctrinis compescendis suscitavit Deus Optimus Maximus Petrum Damianum vitae sanctimonia et doctrinae laude commendatissimum, quem sa. mem. Stephanus PP. IX. ex Fontis Avellanae solitudine avulsum Cardinalitia decoratur dignitate, Episcopum Hostiensem renunciavit, plurimisque perfunctum Legationibus sibi per Romanos Pontifices concreditis, morum

suavitatem et Catholicae Ecclesiae unitatem restituendam curavit exemplo, scriptis, praedicatione, quibus indesinenter ad octuagesimum aetatis suae annum navavit: unde quum primum fluxi hujus contemptibilisque mundi vitam cum aeterna commutavit, illico universalis Ecclesiae consensu ejusdem sanctitas ubique locorum diffusa coli et in veneratione esse incepit, aucta postmodum Officii et Missae concessionem. Sed virum hunc sanctum et tot nominibus de universa Ecclesia optime meritum, nondum habuisse locum in Martyrologio Romano, in eoque desiderari, ut par erat, ejusdem Elogium, indecorum visum est cum Hostiensi Ecclesiae tum universae Camaldulensium Congregationi, cujus idcirco Procurator Generalis Abbas Albertinus Bellenghi in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis Conventu coacto undecimo Calendas Aprilis ventis anni 1828 humillime petiit descriptionem in Romano Martyrologio nominis s. Petri Damiani, una cum adprobatione Elogii in eodem apponendi.

Et Emi et Rmi Patres antedictae Congregationi praepositi, singulis perpensis, quae in doctissima allegatione fuerunt opportune deducta, auditoque voce et in scriptis R. P. D. Virgilio Pescetelli sanctae fidei Promotore, ad relationem Emi et Rmi D. Card. Julii Mariae De-Somalea Episcopi Hostiensis et Veliterni, Sacri Collegii Decani Sacrorumque Rituum Congregationi Praefecti, censuerunt esse rescribendum: „Elogium exhibitum transcribatur in Martyrologio Romano.“

Facta autem de praedictis omnibus et singulis SSmo D. Nostro Leoni XII. Pontif. Maximo relatione per ejusdem Sacrae Congregationis Secretarium, Sanctitas Sua in omnibus annuendo Sacrae Congregationis Rescriptum ad-

probavit et confirmavit et Decretum Urbis et Orbis desuper evulgandum mandavit 7. Calendas Aprilis 1828.

Elogium vero, de quo supra et in Romano Martyrologio inserendum, est:

„Die 22. Februarii. Faventiae Sancti Petri Damiani Cardinalis et Episcopi Hostiensis doctrina et sanctitate celebris.“

N. 4635.

#### URBIS ET ORBIS.

Providentissimus Deus, qui electam suam sponsam Ecclesiam super Apostolorum et Prophetarum fundamentum posuit eamque summo angulari lapidi Christo Jesu innixam voluit, sapientissimo cavit consilio, ut ad illius praesidium jugiter egregii sanctique vigilarent Pastores, qui non modo sublimioris virtutis exemplo fidelium Ecclesiae filiorum mores ad justitiam pietatemque componerent, verum etiam ingenio doctrinaque celebres eosdem Fidei veritate consolidarent. Hos propterea divinus praeceptor sal terrae mundique lumen nuncupavit, qui non vivae tantum vocis officio caeterorum Pastorum instar sibi commissam plebem sed cunctos Christifideles omniumque saeculorum posteritatem conscriptis libris sapientia et doctrina refertis etiam extincti erudire non cessant. Quos inter eminent etiam *Sanctus Petrus Damianus* a sa. mem. Stephano IX., alias X., Sanctae Rom. Ecclesiae Cardinalis creatus et Ostiensis Episcopus renunciatus, qui saeculo XI. Dei Ecclesiae meritis et doctrinis illuminavit, designatus idcirco Scriptorum elogio vir et sanctitate et doctrina per sua tempora clarus. Hujus porro sanctissimi viri de universa Ecclesia tot nominibus optime meriti nondum extensum fuisse festum per ipsam universalem Ecclesiam dolentes aposto-

lici Senatus Patres, ita Summum Ecclesiae Hierarcham et Caput Pontificem Maximum Leonem XII. per Postulatoriam Epistolam Sacri Cardinalium Collegii nomine deprecari sunt, ut ex Sacrorum Rituum Congregationis Consulto ejusdem s. Petri Damiani festum celebrari praecipiat universa in Ecclesia 7. Calendas Martii cum Officio et Missa de communi Doctorum, necnon cum Lectionibus et Oratione propriis jam pro aliquibus locis adprobatis. Qua postulatoria una cum animadversionibus R. P. D. Virgilio Pescetelli Sanctae Fidei Promotoris et Advocati ac Procuratoris Responsionibus diligentissimis in Ordinario Sacrorum Rituum Coetu ad Vaticanum sub infrascripta die coacto delata, Emi et Rmi Patres Sacris Ritibus tuendis praepositi, audita relatione Emi et Rmi Domini Cardinalis Julii Mariae De Somalea Episcopi Ostiensis et Veliterni Ponentis eidemque Congregationi Praefecti, momentis omnibus hinc inde allatis sedulo libratim matureque discussis unanimi consensu rescribendum censuerunt: *Consulendum Sanctissimo pro gratia.*

Die 27. Septbr. 1828.

Facta autem de praemissis omnibus et singulis SSmo Dom. Nostro Leoni XII. Pontifice Maximo per ejusdem Sacrae Congregationis Secretarium relatione Sanctitas Sua in omnibus annuendo Sacrae Congregationis Rescriptum adprobavit et confirmavit ac *S. Petrum Damianum Doctorum Albo recensuit ejusque Officium* sub ritu dupl. min. cum lectionibus primi nocturni de scriptura instar concessionis factae Clero Ravennaten. de anno 1723 *ad universam extendit Ecclesiam* ac de super Generale Decretum Urbis et Orbis expediri praecipit. Calendas Octobris ejusdem anni 1828.

N. 4638.

#### g) Martyr.

##### I. Lectiones.

Quando s. Petrus m. 29. Apr. transfertur post tempus pasch., *Breviarium Benedict. Einsidl.* assignat in 3. n. Evang.: *Nolite arbitrari etc.* cum sua homilia. Alia autem Breviaria, quae hujus casus mentionem faciunt, allegant Evang.: *Si quis venit etc.* cum sua homilia. Quaeritur: Cui adhaerendum? S. C. resp.: Legatur: *Si quis etc.*, nisi constet de alia concessione. n. 4044. (dub. circa Lection.) dub. 6 die 5. Maii 1736.

##### II. Ritus.

##### *Sixtus PP. V.*

Hac nostra perpetua constitutione mandamus, ut dies festus s. Petri m. 3. Cal. Maii per omnes totius Orbis terrarum Ecclesias duplici Officio de communi un. m., ubi proprium deest, celebretur, ac decernimus ut Calendario romano ad eum diem nomen s. Petri m. cum specificatione Ordinis Praedicatorum ac duplici nota adscribatur.

Romae 13. Apr. 1586.

##### III. Translatio.

Quoad Officia SSrum ad libitum servari decretum de die 24. Jan. 1682. Festum vero s. Petri m. jam translatum, non in die 4. Maii natalitium s. Monicae, in quo ejus Officium recitandum est, sed ulterius ad aliam diem non impeditam juxta rubricas transferendum esse. n. 2999 ad 1 et 2 die 26. Sept. 1682.

#### h) Urseolus.

*Ad dubium*: An in VI. Lectione s. Petri Urseoli post verbum: *aetatis*, apponi valeat aliud verbum: *anno*, adeo ut legi valeat: *anno sexagesimo nono*. Item ad verbum *anno* addi

queat in VI. Lectione s. Antonini Ep. Conf.?

S. ipsa C. respondendum censuit: „Nihil addendum.“

Atque ita rescripsit, declaravit servarique mandavit die 29. Martii 1851 n. 5157 ad 7.

## PHARMACIA.

Vd.: *Medicamentum.*

## SS. PHILIPPUS ET JACOBUS AP.

### 1) Communicant. et Praef.

Vd.: *Communicantes.*

### 2) Lectiones.

*Ad dubium Benedictinor. Einsidl.*: Si festum ss. Philippi et Jacobi veniat infra hebdomadam 4. post pascha, et in domin. 4. veniat festum dupl. non habens lectiones assignatas de communi nec proprias, scriptura talis dominicae sit in tali festo ponenda, non obstante quod eadem lectiones rursus infra illam septimanam occurrant in festo ss. Philippi et Jacobi, vel an sufficiat, quod talis scriptura ponatur in festo horum apostol. et an in festo occurrente in dominica possint poni lectiones de communi?

S. C. resp.: In dominica 4. legantur II.: *Initium Epist. b. Jacobi ap.* etc. In festo autem ss. apostolorum legendae erunt lectiones ejusdem Epistolae, quae occurrunt dicendae in illa feria. n. 4044 (*alia dubia*) dub. 7 die 5. Maii 1736.

### 3) Responsorium.

*Ad dubium Benedictinor. Einsidl.*: Quale responsum sit dicendum post penultimam lectionem in Officio ss. Philippi et Jacobi, quando illud festum in dominica cadens omittit suam ultimam

lectionem, cujus loco legitur homilia in Evang. ejusdem dominicae occurrentis?

S. C. resp.: Responsorium ultimum, quia est proprium, dicatur loco penultimi, quod est de dominica. n. 4044 (*alia dub.*) ad 7 die 23. Julii 1736.

### 4) Translatio.

Vd.: *S. Monica; Alleluja* (decr. n. 4044); *Protector civitatis.*

*Festum ss. apost. Philippi et Jacobi occurrens cum Patrocinio s. Joseph*, vd.: *Patrocinium s. Joseph* (decr. n. 4401, 4474, 4110, 4143).

Cum dies festus ss. apost. Philippi et Jacobi anno 1704 incidat in diem Ascensionis Domini, et successive die 2. et 3. mensis Maii sint recitanda Officia S. Athanasii et Inventionis SSmae Crucis, et deinde dies festus S. Monicae, qui est semiduplex, incidat in dominicam infra octavam ejusdem Ascensionis, et cum fer. 2. post dictam dominicam infra octavam in civitate Valentiae non sit impedita aliquo die festo duplici vel semidupl., humillime supplicatum fuit S. R. C. ab ecclesiasticis saecularibus civitatis Valentinae declarari, de quibus sit recitandum Officium dicta fer. 2.: An scilicet de ss. apost. Philippo et Jacobo vel potius de s. Monica?

Et S. eadem R. C. „Recitandum esse de s. Monica“ declaravit. n. 3567 die 19. Junii 1700.

Idem responsum pro Ordine Coelestinorum. n. 3634 die 16. Sept. 1702; n. 3409 die 22. Decbr. 1696.

Cum anno 1707 festum s. Marci Ev. occurrat in fer. 2. post dom. Resurr. et festum ss. apost. Phil. et Jacobi in dominica in Albis ac propterea utrumque sit transferendum, quodnam eorum debeat in translatione praeferrari?